

Q. N. 259, 7

Zc
5911

VOTA
SOLEMNITATI
Nuptiarum
Quas

X 205 4678

AVSPICE IOVA
Reverendus atq; Doctissimus Vir,
Dn. ANDREAS MEIERUS,
ECCLESIAE PATRIÆ,
quæ est Glauchæ Diaconus,

SPONSUS,
Cum

Lectissimâ pudicissimâq; virgine

REBECCA,

Viri Reverendi, Clarissimi atq; Doctissimi Dn.
M. MARTINI HAMMERI, huius & reliquarum, quæ
Glaucham spectant Ecclesiarum Superattendentis
cum vigilantissimi tum piæ meriti &c.

filiâ dilectissimâ

SPONSA,

Matrimonium ineundo IV. Iduum Iunij
anni currentis

Celebrat,

SACRA,

fratribus, affinibus & amicis

vti

piè libata

ita

Devotè acclamata,



ALTENBURGI IN MISNIA, ANNO 1613.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.





I.



Mnia coniunctis optant juvenesq;
senesq;
Lingvis atq; animis prospera,
Sponse, tibi
Hæc quoq; synceri, symmysta, ex pectoris imo
Docte, novistædis gratulor ergo tuis,
Vive diu pariter cum Sponsa Sponse beatè,
Det vobis semper tempora fausta DEVS,
Unus amor vobis, ut fædus amabile lecti
Constans: Sic semper sit quoq; vestra fides
Vivite concordēs, adsit concordia dulcis
Ad thalamum, concors sit sine lite domus,
Vivite fæcundi, dulces producite fructus
Ut videant chari pignora chara, senes,
Vivite felices sine luctu Nestoris annos,
Et turbet vestrum nulla querela thorum,
Pauca quidem tibi Sponse precor sed plura petitis
Contribuet, largâ pro bonitate, DEVS.

Wölffgangus Scheibius Ecclesie
Glauchens. Diaconus, & Sponsi
Collega.

A 2

Ecce

ECCe, AnDreas & RebeCCa flant
Chara pignora DVO In Carne Vnâ.

*A*Dmonet Uxores plantare MEDARDVS oluscla;
Ne tardus, signa hunc, tu videare, diem.
Planta: Plantarum cum coniuge, SPONSE, nouellâ
Inserere frugifero semina grata solo.
Sic tandem fient ANDREAS atq; REBECCA
Vnâ in carne DVO, non prohibente DEO.
Sponse, igitur noli dubia re carnem esse,
Ne noceat thalamo Carnificina tuo,
Sed presta TE, Sponse, VIRUM, Neonympha Maritâ
Teq; SAGINATAM mutuo amore, fide.
Si fiet: DVO erunt, quæ sunt duo, pectore in vno
Pignora chara DEO pignora chara toro.
Vnanimes DVO sint, unum DVO ore, favore,
Unum sorte SOLI sint DVO forte POLI.

Andreas Richardus Ilfeld.

Pastor in Tettau.

Παιδιά γαμικῆ.

*N*Fptis erat Nahoris multæ virtutis imago:
Disponente DVO nupserat Abramidæ.

Illa

Illā domus COLVMEN, cætus LVMENq̄; sacrati:
Verum uteri primum pignora nulla parit.
Dat tandem partu geminam pia foemina prolem:
Dein saturam vitæ fata suprema ferunt.
Vivit ab integro, tot seclis virgo rotatis;
Floret ab integro: florida flore viret.
Iamq̄; Viro docto FORTIQ̄; ætate virenti
Iungitur: is FORTIS coelica iussa docet.
Affectu tacito gaudento Nymphie doctæ:
Molliter abiunctæ mollia membra fove.
Carpite florentis jam floris florea rura
Nymphie erit lectus floridus usq̄; tuus.
Inde TIBI flores nascentur mille colorum,
Quorum gratus odor gaudia mille feret.
Prodeat ex horto nunc plantula suavī amœno
Prædulcis thalami pectora bina beans.
Vinea iam vireat: vitis jam turgeat alba,
Proferat innumeros & benè culta botros:
Iam Surgant oleæ pinguis, tua cura, novellæ:
Deliciæ mensæ pignora blanda tuæ.

Wolfgangus Sparschuch
Ludilit, Glauchensis mod.

III IV. III

ANDREAE DIVO prisci fecere sacratam
Noctem, quam quævis virgo virota notat,
Coniugij authorem credunt, circumfluum in annum
Si redit in somnes tempora noctis agunt.

A 3 Conveniunt

Conveniunt, precibus contendunt praesidem, in ipso
Annout eis juvenes associare velit.
Hac cupit ex cultum studijs (licet Irus agreste
Id vacuum in vacuo sacculo haberet) ait:
AES perit à flammâ, rapit es fur, & es gula perdit;
Ars manet, ars ditat nomine, req̃ thorum
Illa cupit cristus in signem, ostroq̃ superbum
Aureo, ait, talis vir placet usq̃ mihi.
Hic mihi fert dulcem requiem; veniamq̃ corollis
Conspicienda thoro, conspicienda foro.
Est vox mixta precum; Castam si forte puellam
Is videt, hoc anno sis ait, vxor amans.
Artibus ingenuis juvenem tibi spondeo doctum
Cuius in amplexu semper o-vare potes.
Et cur non facerem? quid fama, laudis, honoris
Obtineo, id doctus defero jure viris.
Fallor an adjeceris tua vota REBECCA? sat equâ
Connubij ANDREAS te exhilaravit ope.
Ipse maritali tibi se conjungit amore,
Corq̃ suum cordi dedicat omne tuo.
Copula sat felix nulli sperata. Puella
Omnis amor vester post viduatus erit.
Hâ Deus ANDREAS cessit, GAUDERE REBECCAE
Obtulit, & vobis FLERE reliquit atrox.
Non desperetis; mentem super astra levate;
Est ibi qui vestrum cordolium omne videt.

Hunc

Hunc petite; ad nutum vobis sociabit amatos.
Egregiumq; dabit mox cuicumq; procum.

M. Henricus Engelman Glauch,
Scholæ Patr. Contr.

❁ V. ❁

QVam felix PIETAS sit gnavo juncta labori,
Hoc probat exemplum Vir venerande tuū.
Nam tua non ficta est PIETAS, nec nascitur inter
Dentes, sed puro corde profecta valet.
Te labor in studijs, te Phœbus & inclita pallas
Te vlogicâ insignem reddidit arte virum.
Ergo nunc dignæ pietatis, digna laboris
O MEIERE tuæ præmia docte capis.
Præmia digna capis, formosâ nempe REBECCAM,
SOLA tibi PIETAS quam veneranda dicat.
Hanc NEO NYMPHE tuam dextris amplectere Spon-
sam
Desine nec Sponsum sponsa adamare tuum,
Vivite concordēs placidamq; fovete quietem,
Quam thalamo Christus vult tribuisse bono.
Sic labor officij vestri benedictus abibit,
Vestraq; floreat prosperitate domus.
Sic vos, quæ referant animo facieq; parentes
Cernetis multâ prole virere thorum,

Sic

Sic quoq; Mathusalæ vivetis suaviter annos,
Sic CHRISTUS vobis regna beata dabit.

Caspar Ammerbach Schola
Glauch: Cant.

❧ VI. ❧

DUm pie (papicolis rumpantur & illa rasis)
Mysta paras liciti festa sacrata thori:
In nova prorumpit mihi mens præconia laudis
Divina, nullo non recinenda die.
Namq; Creatoris sese sapientia passim
Fundit, & est omni conspicienda loco.
Ipse maritalis venerandus fœderis ordo
Authorem tacito prædicat ore suum.
Pulchraq; miratur validi mysteria nexus,
Pectora quem Fato bina ligata gerunt.
Et non immerito; Quis enim non diceret esse
Hoc unum miræ dexteritatis opus.
Quod rerum Sator omnigenum producit, Ada-
Quando videt viduo sic recubare thoro. (mum
Steris Adam, nullâ ductus spe coniugis, adstet
Mox experrecto Sponsa, virago, tibi;

Costa

Costa, virago, tuas inter quæ tecta latebat
Costas, hanc mira detrahit arte DEVS.
Efformatq; tibi similem per cuncta maritam,
Qua vis ac carnem dicis id esse tuam.
Non est de luto forma formata prioris,
Quo possent una vivere carne duo.
Quin nec prognata est cerebro, Iovis instar ab-
ortus,

Excuteret manibus ne data sceptrum viro.
Adde quod haut crucis partem sic finxerit imi,
Ne vir mancipij diceret esse loco.
Sed medij voluit pars pectoris esse Iehova
Quo magis constaret fœdus amicitie.
Et veluti carnes imas interq; supremas
Costa tenet medium (res veneranda) locum:
Sic neq; praripiat sceptrum, neq; tota marito
Fœmina subjaceat, sed siet alter idem.
Utq; respiranti servit, cor munit, Et ossi
Pectoris immotè costa ligata manet;
Sic fidam semper præstò decet esse maritam,
Ore q; quo poterit, cor recreare viri.
Nec debent unquam, quos arrha ligavit Et a-
Divulsis Nymphis mentibus esse pij

B

(ra,
Hæc

Hæc quorsum? Neonymphe tibi dum ducitur u-
Que latuit, costam cernis adire thorum, (xor,
Hanc tibi congrator, castus vos glutinet ardor,
Magna sub exiguo fomite flamma latet.
Tu Trine omnipotens, cui vincla jugalia cura,
Cordi voro Sponsos igne foveo DEVS.

Approperabam
Marcus Crusius Penigenſis,
Sch. Glauc. C.

VII.

QVæ tibi Sponsa prius, nunc est ANDRÆA,
marita,
MEIERE, ô patrij gloria magna Chori.
Ecce marita venit tibi nunc MEIERE, REBECCA:
Hoc pietas pretij & vitæ pudica parit,
Glauchida non irem, præſens pia vota piorum
Iuncturus votis! Dî meliora precor.
Leucorea quod triste malum impendere videtur
Ni vetet ad vestros me modo currere agros.
Interea Raphæel cœlesti missus ab arce
Thobix felix pronubus atq; comes
Incolumes Sponsum præstet Sponsamq; perennẽ,
Ut labezæa sorte fruamini, Amen.

Latè ominis ergò m,

M. Matthæus Betulesias
Colmaria-Alſatus.

Vatem nec medico, vadem nec medico, vatum
 Effatum, fatum quodlibet esse ratum.

Non-vatem me fata tamen Tibi sat-rata dudum
 Praefatum, testem rem cio, Teq̄ scio.

En! que floridula tum luxuriabat in herba
 Te messoris meti jam nova melsis avert.

En! gressu messem properante sequuta priorem
 Posterior (dixi quod fore) melsis adest.

En! ager & melsis que nuncia GLAUCHA prioris,
 Nuncia & est melsis posterioris ager.

Haec tenus extendunt mea se praesagia, rure
 Sub patrio melsis varicinata duas.

I MESSOR falcem sume & cote instrue; melsis
 I mete maturas posterioris opes.

Vtq̄ isthaec melsis (veluti prior) incrementis
 Augescat, IHOVA rite favente, no vis:

In pinguescentem semen jace fertile sulcum,
 Vnde nova annali semina messe metas,

Semina que referant arvum more, ore colonum,
 Ominor & voto prosequor omen: AMEN.

χρονολογία pio voto inclusa.

A festo TRIADOS qVos postera GLVtlnat eos,
 Protegat & SPONSOS prosperet aL Ma TRIAS.

Ex Academia Vitebergensi scrib.

M. Balth. Reineccelius Hohen-
 steinensis SS. Theol. Stud.

B 2

AN-

ANDREAS MEIERVS, ET REBEC-
CA HAMERIA: NOVELLI
MARITI.

καὶ ἀγαπᾶται.

ILLI AMBO RE ACRI,
AVREA RES DICI, SE VEHEMENTER AMANT.

SE VEHEMENTER AMANT AMBO, RES AVREA DICI;
AVREA RES DICI, SE VEHEMENTER AMANT.
SE VEHEMENTER AMANT Sponsus tūm Sponsa,
quid ergò?

Opto, ILLI RE ACRI SE VEHEMENTER AMENT.

His CenVptiis oMnIpotentis HerI gratIa aDslit.

VViteberga facieb.

*M. Josephus Clauderus Neo-
stadiensis ad Orlam.*

INsignem myrti cui fers venus aurea florem?
Cui docta Aonij carmina turba chori?
Egregias argiva cui fers Iuno corollas?
Mentior, an Sponsis munera grat a paras?

Sic

Sic est, hæc thalamis Sponsi Sponsaq; feremus,
Quos sacer irrupto fœdere jungit Hymen,
Nunc etenim Andrea, quod faustam, ducitur
Meiero, docto digna puella viro. (uxor,
Docto digna viro, præclaro digna parente,
Quæ voto Andrea nunc socianda pio.
Estq; parens clarus, pietatis laude celebris,
Impiger in castris miles ubiq; Dei.
Hic inveni docto charam sibi fœdere jungit
Gnatum, præcelsi, qui quoq; mysta Dei.
Antea adhuc puerum tenero nutrit ab ungue,
Et bonus Aoniam jussit inire scholam,
Post ubi maturos saluus profectus ad annos,
Auxilio præstò, consilioquè fuit.
Iam postquam doctâ doctum caput extulit arte
Dat Gnatam, O fidi muner a magna viri.
Christe fave tedis, Exaudi vota parentis,
Exaudi sponsi, quæ quoq; sponsa facit.
Da soboles lectum fœcundet, gratia mensam,
Oscula da fidei mutua iungat amor.

Elias Kirchhoff/
Bitterfeldensis.

B 3

Sponse.

Sponse, meam mentem vera pietatis ad arcem
 Duxisti fidâ, ceu pater, ipse manu.
 Quid precij tribuam? desunt mihi divitis auri
 Pondera, nec pasco iugera mille boum.
 Chara mihi sorore est illo exornata decore,
 Qui muliebri solet nobilitare genus.
 Si cupis hanc sociam vitæ, lectiq; jugalis,
 Consensu unanimi patris eam ipse dabo.
 Annuis ergo habeas, gratam & cognoscito men-
 Discipuli, ac huius vota, precesq; cape. (tem
 Vive diu felix, charamq; foveto sororem,
 Parebit, pariet pignora multa. Sat est.

Augustus Hammer / Spons. Fr.

Oquàm lubens, Doctissime
 Vir, gratularer carmine
 Tibi monenti de tuis,
 Prolixiore Nuptijs.
 Sed, hei! dolor sororculæ
 E MORTE CATHARINVLAE

Natus

Natus vetat: pro carmine
Hoc ergò votum sit brev e:
In pace, SPONS I, vivite,
Natos, nepotes cernite,
Vt copulavit vos solo,
Sic copulet Deus polo.

*Præptori benè merito, scribebat
gratus discipulus*

Iohannes Helwichius VViteberg.

❧ XIII. ❧

Nondum prodest ætatulæ
Inesse tanta vis meæ.
Quâ versifex ad Nuptias
Longum canam carmen tuas.
Contentus ergò per brevi
Sis hocce voto: quæ tibi
Alij precantur, omnibus,
Precor, annuat votis Deus.

Gratitudinis ergò scribebat

*Paulus Helwichius Iunior,
VVitebergensis.*

Ac 5911 AK

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and includes phrases such as "Gloriamus ergo Patri", "Pater omnipotens", "Qui ex Patre", "et Filio", "et Spiritu Sancto", "procedis", "qui cum Patre et Filio", "conspicris et concipris", "qui locutus es per Prophetas", "in saecula", "in unum", "Deum", "verum", "et coeternum", "et consubstantialem", "Patri", "qui ex Patre", "et Filio", "et Spiritu Sancto", "procedis", "qui cum Patre et Filio", "conspicris et concipris", "qui locutus es per Prophetas", "in saecula", "in unum", "Deum", "verum", "et coeternum", "et consubstantialem", "Patri".

lona

11.5



W. 259, 7

VOTA
SOLEMNITAT
Nuptiarum
Quas

AVSPICIO
Reverendus atq; Doctissim
Dn. ANDREAS ME
ECCLESIAE PA
quæ est Glauchæ Diaco

SPONSVS,
Cum

Lectissimâ pudicissimâq; vir

R E B E C

Viri Reverendi, Clarissimi atq; D
M. MARTINI HAMMERI, huius &
Glaucham spectant Ecclesiarum Su
cum vigilantissimi tum pie m
filiâ dilectissimâ

SPONSA,

Matrimonium ineundo IV. Idus
anni currentis

Celebrat,

S A C R A,

fratribus, affinibus & ami

vti

piè libata

ita

Devotè acclamata,

ALTENBURGI IN MISNIA,



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8